

1772.

1. Bornius: Rhapsodice supplementa. Programma, quo
ordinarius senior eaeque facultatis ius reae eretto.
res: memoriam Bornianum indicant.
2. Bauerus, Henricus Gottfridus: De effectu in filtrationis sub
tormentis in convicto Programma, quo solennia doctoralia
chyzaki Scharkiani Tembakkii indicant.
3. Bauerus, Henricus Gottfridus: Investituras simultaneam
sine vasalli consensu implementatione prope nullam esse.
4. Bauerus, Henricus Gottfridus: De modo fortiorae secundum
leges habendo.
5. Biedermann, Ezechiel Fredericus: Pro vera sententia non
nullitate sine insanabili ad recens. Tusp. noviss. § 124.

122.

6. Biedermann, Franziskus Henr.: Re visitatione et
revisione Comitati languans causa regiminiis
vi potestatis inspectio[n]e instituenda.
7. Breuning, Christianus Henr.: An honorarii datio
in contractibus gratiaris libet a domino dato restituenda.
8. Breuning, Christianus Henr.: In censu, postquam scirenit factum
cessione, artus cedenti solvere possit?



1772

9. Breuning, Christianus Huc: Re actione quatuor = 16,
pedaria ex Romano, Germanico et patrois iure.
10. Breuning, Christianus Huc: An prohibitio patris in
testamento de non dividenda hereditate cum
matre coperende impedit divisionem? 17.
11. Breuning, Christianus Huc: An des protectio pro
nuptia uxori extantibus liberis redit ad pat-
rem? 18.
12. Breuning, Christianus Huc: Definitus et illegabo-
ritas mediatorum inter gentes liberas. 19.
13. Breuning, Christianus Huc: An spuria a vero legitima
in matrimonium ducta macula nativitatis libretur
14. Breuning, Christianus Huc: An legatum sub conditione 20
in alterius arbitrium collata, si cassi impediatur
conditio, reficiatur?
15. Breuning, Christianus Huc: An separatio libero-
rum involvatur renunciationem hereditatis paternae

1772.

- = 16. Breuning, Christianus Hns: An matutinis contractis
e. possit inter ignorantes?
17. Breuning, Christianus Hns: An iuramentum de ultima
volum lata non mutans de omniis carcat obligationes?
- 18 Breuning, Christianus Hns: An rescripto testamento
pat. per querelam inofficiori corruant codicilli testab?
19. Breuning, Christianus Hns: An pater lenocinus liboris
ho- ad mercedem praestendens propter operas praestitas?
20. Breuning, Christianus Hns: An venditor hereditatis
detractum additione hereditatis compescere recte
retur exigat ab entore?
21. Breuning, Christianus Hns: An mercede terminatio
litione involvit narrationem locutionis conductionis?
22. Breuning, Christianus Hns: An statularia portis debet
fur uxori, quae cum reprobatio in morte sacerdotali capula
coniuncta est, licet cum eo postea thorum non esset
derit?

1772.

177

23. Breunig, Christianus Huc: Quatenus selectus liberatur
a contumacia, si citatus non compareat?

24. Linerius, Christianus Gallab: Definitio alienationis, quae
in mutuo fieri dicitur.

25. Linerius, Christianus Gallab: De incremento del alluvio
vel fluminis et fundo pedali affecto, tributis senarum in
marum non obnoxio.

26. Linerius, Christianus Gallab: Observaciones juris
maris.

27. Linerius, Christianus Gallab: De exceptione veritatis.

28. Linerius, Christianus Gallab: Pro legato consequendo onus
contra heredem ex testamento agi non posse.

29. Francke, Henricus Gallab: De novis foederum perpetuac
unionis inter Augustam dominum Austriacum Poloniacum
regnum. Programma, quo ad solemnia magistrorum invitati

30. Hommel, Corbinus Ferdinandus fac. ius. Pro cancellarius
Rhapsodie supplementa. Programma, quo ad solemnia Hoch
ulia Ehrenboldi Friderici Bidermanni indicit.

- 1772.
1. Hommelius, Carolus Ferdinandus: *Rhapsodice sive ap-*
plementa.
2. Muellerus & Berner, Augustinus: *De probabili-*
te indebet ad l. 25 D. De probat. et prassumt.
3. Pfeitmannus, Iohannes Antonius Ernestus: *De querela*
in sufficienti testamenti probatis atque sororibus
contra spurious haud competente.
4. Rau, Christianus: *Exercitatio juris ciuilis ad l.*
79 D. ad legem Falciidianam.





16

Br. 9, num. 39.

1772, 27.

DE
EXCEPTIONE VERITATIS

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAESIDE

CHRISTIANO GOTTLÖB
EINERTO

IURISSCIENTIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE

D. XXIII. JAN. MDCCCLXXII.

H. L. Q. C.

DISPUTAT

GOTTHELF BENIAMIN SCHMIDT

FRIEBERG. MISN.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



R. C. 10. 6.

EXCEP^TIONE AERITATIS
ORNATISSIMA DE PENSORI


ILLUSTRIS DOCTORUM OPINIONIS ACTORITATIS
PRAECEPS

CHRISTIANO GOTTOLO
O F R I A N A

GOTHELMI BONAVINUS SCHMIDT
HABEG

GOTHELMI BONAVINUS SCHMIDT

EX OBRIS
ALIVIÆ ET MATERIALE LIBRARIAE
GOTHELMI BONAVINUS SCHMIDT



VIRIS
EXCELLENTISSIMIS, AMPLISSIMIS, IVRIVM
CONSULTISSIMIS, REI METALLICAE
PERITISSIMIS, PRUDENTISSIMIS

C O N S V L I B V S
P R A E T O R I B V S
RELIQVISQUE
SENATORIBVS GRAVISSIMIS
I N C L Y T A E
CIVITATIS FRIBERGENSIS

P A T R O N I S O P T I M I S

C N R N C

M V L L B E L L I M A C A D E M I C U M
I N V I A M I S S I O N E R E I M E T A L I C E A E

E A,

C O N S A L T I B A S
Q V A P A R E S T,
P R A E T O R I B A S
A N I M I S V B M I S S I O N E A T Q V E

S E N A T O R I B A S A V A I S S I M I S

C I V I L I T A T I S F R I E B R G E N S I S
F I N C L Y T A E

O F F E R T E T C O N S E C R A T

G O T T H E L F B E N I A M I N S C H M I D T . P

VIRI
EXCELENTISSIMI, AMPLISSIMI, IVRIVM
CONSULTISSIMI, REI METALLICAE
PERITISSIMI, PRUDENTISSIMI,
PATRONI ATQVE FAVTORES,
PIE DEVENERANDI!

Quemquam VESTRA, PATRES GRAVISSIMI! erga omnes litterarum studiosos liberalitas et munificencia, praesertim eos, qui ex ea vrbe, quae VESTRA gubernatione, prouidentia et prudentia floret, natales repetunt, satis omnibus est nota, tamen, quot, quantaque beneficia in me etiam contuleritis, vix satis omnibus notum esse existimo. Itaque palam mihi profitendum fuit, qua humanitate, benevolentia, liberalitate atque munificentia erga me tsi sitis, et quantas gratias ego VOBIS debeam. Pietas enim et grati animi officium non solum iussit, sed flagitauit etiam, ut huius erga VOS, VIRI AMPLIS.

PLISSIMI! obseruantiae quoddam darem specimen et indicium, quod ante hunc diem, tametsi saepe optauerim, non potuit fieri. Quincero hanc meae pietatis significationem vultu benigno indulgentique suis accepturi, non est, quod dubitem, cum et antea saepe in me ipso et nuper in amico meo carissimo, qui libellum academicum **VESTRIS AMPLISSIMIS** nominibus inscripsérat, **VESTRAM** indulgentiam et benevolentiam expertus sim. Ego vero pro his omnibus palliaceor religioseque prorimitto, me non solum **VESTRIS** beneficis gratam sempiternaque memoriam adhibituru[m] esse, sed et talem me in **VESTRA** dignitate colenda et suspicienda praebebo, ut in tanto clientum numero, qui **VESTRAM** grauitatem venerantur, neminem sim habiturus, qui me in ullo officiorum aut obseruantiae genere vicisse, iure gloriari possit. Sed, ut et in posterum eadem benevolentia eodemque patrocinio amplecti me velitis, rogo atque obsecro. Summum vero Numen et ego et pater meus dilectissimus constanter et assidue implorabimus, ut **VOS** et urbi nostrae et familiis **VESTRIS** et omnibus hominibus, iniurias, calamitate et inopia oppressis, saluos incolumesque conservet, tutores fideliissimos, patronos indulgentissimos et defensores paratiissimos, ut **VESTRIS** saluberrinis consiliis, **VESTRO** auxilio, iustitia, seueritate humanitateque diutissime florere possit urbs et ciuitas, **VESTRAE** fidei commendata, **VESTRA QVE** cura et prouidentia felicissima.

Scripti Lipsiae d. XXI. Ian. MDCCCLXXII.

§. I.



§. I.


Exceptionum usus et commemoratio in
causis forensibus non minus utilis,
quam frequenti practicorum mentione
celebris habetur. Ex hoc defensionum
genere, tanquam ex perenni liquidoque fonte, inimico-
rum et dolose fraudulenterque agentium atrocitate et ma-
litia oppressi, diluendorum criminum, temere adspic-
torum, materiam et vires hauriunt, ut afflita et quasi
deliquium passa innocentia, hoc remedio efficacissimo
refocilletur atque recreetur. Tanta enim nonnullorum
est improbitas et audacia, tanta erga ciues suos, quibus,
suum



fuorum ipsorum errorum bene memores, parcere debebant, prorupta et effrena licentia, et laceſſendi cupiditas, vt non ſolum eorum, a quibus exiguum, aut paulo etiam maius, dānum ceperint, peccata inexpiabili et crudeli ira atque vltione, iudicium ipſorum vim et ſeruitatem ad explendū animū ſollicitantes, vindicare ſtudeant; ſed innocentissimorum etiam et ſimpli bonaquaſe fide agentium quietem et tranquillitatem acerimo animi impetu et nullo consilio, aut deprecatione, rixandilītigandique compescenda cupiditate moti, interrumpe et violare ſuſtineant. Et turbarent ſane omnia, miſcerent et conſunderent diuiniarum humanarumque legum iura omnia, niſi iudicium et defenſorum frenis eorum impetus ruentes retraherentur et hoc defenſionis genere, quod exceptiones uſus appellat, tanquam repagulo obiecto, eorum cursus retardaretur. Sed vt miſerum eſt, in ſua quiete et iuribus ab improbis laceſſi, et contra utile, habere paratum defenſionis contra vim remedium; ita ramen ſumma cura et induſtria cauendum, ne improbitas innocentiae mentita ſpeciem, hoc, quod afflictis comparatum eſt ſolatium, abutatur. Ergo utiſſimum rati ſumus examinare, quam vim habere poſſint non exceptiones generatim omnes, (infinitum enim foret, de omnibus diſputare) ſed ea tantum, quae vulgo appellatur veritatis exceptione. Itaque cum priuim hanc exceptionem diligentius explicauerimus, deinceps de vi et potestate eius diſputabimus et docebiſus, non ſemper tantam illius eſſe auctoritatem, quantum vulgo practici, in hiſ LEYSERVUS Medit. ad Pandect. Sp. 551. et GAILLIVS Lib. II. Obs. 99. ei tribuant.

§. II.



9

§. II.

Est haec ingeniorum humanorum natura, ut curiosius aliorum, quam sua negotia et facta, praeserim ea, quae anticipem habent interpretationem, perpendere, et sermonibus vulgare famaque celebrare soleant. Dum enim aliorum vitia carpunt, suas virtutes nobilitari falso autmant. Hinc sit, ut quodlibet factum continuo fama sequatur, saepe etiam umbrarum modo, quae corpora modo praecedunt, modo sequuntur, praecedat. Attamen, quanquam multos ab improbis factis infamia ciuium retinet, securitas publica, quae singulorum iniuriis debilitatur, suader, ut inuestigentur tales rumorum sparsores et definiatur, quid iis fieri, par sit. Hoc vtique certum est, ei, cui factum iniustum criminis datur, fieri iniuriam et damnum. Qui ergo alterius famam spargendis rumoribus, aut conuicio iaciendo laedit, is, quoad contrarium doceatur, in culpa est. Culpam autem iniuriarum sequitur poena, a qua tam liberantur tum magistratus, qui rite obiciendi habent ius, tum et ii, qui se idoneis argumentis defendere satis possunt, absuisse animum faciendi iniuriam. Hinc existit quaestio, vtrum ii quoque, qui vera alteri obiciunt, hac veritatis exceptione, quae est iniuriarum accusati, e facti veritate ducta defensio, a poena liberentur? Nam ut quaelibet *exceptio* auctore PAVLO in l. 22. pr. π. est conditio, quae modo eximit reum damnatione, modo minuit damnationem, ita merito quaeritur, num etiam veritatis exceptione aut poena plane tollatur, aut certe minuatur?

B

§. III.



§. III.

Quod in corporibus humanis a peritis et prudentibus medicis fieri et summa cura caueri videmus, vt ne ipsos vlla corporis pars aegrotat lateat, aut morbus occultus et subdolus neglectus reliquarum partium membrorumque curationem sanitatemue moretur, id etiam in rebus publicis, quas multorum diuersorumque membrorum coniunctiones et corpora haud immerito dixeris, iis est cauendum, qui sanitatis et curationis horum corporum curam gerunt, et medicorum more, quicquid valitudini noxiū esse possit, remouent, quicquid aegrotans, sanant, quicquid ad salubritatem et bonum habitum confert, procurant et admonuent. Nunquam enim partes sine detimento totius affliguntur, nec valere potest totum, ybi partes labant. Ergo, cum antequam medela parti aegrotae adhiberi possit, morbus vulnerisque occultum sit inuestigandum atque cognoscendum, continuo aduersariæ nostræ sententiae, qui exceptioni veritatis plus, quam veritati ipsi fauere videntur, infesta signa nobis inferunt, et, argumento ex utilitate reipublicae, cuius maxime interest, flagitia et facinora innotescere, ducto, tanquam telo contra nos abutuntur. Sed ii ignorare videntur, quantum interstit inter legitimam criminum delationem, quae fit apud iudices ab accusatore, bona fide reipublicae utilitatem procurante, et inter rumores et concivia, quae, vt a malo et infesto animo profiscuntur, ita reipublicae multorum malorum causa sunt, ciuiumque nunc singulorum, nunc plurium tranquillitatem et quietem turbant. Nam nec aegroto confert ad recuperandam sanitatem, si quis eius vulnera et morbos diligenter inuestiga-

❖ ❖ ❖

stigatos non ad medicum deferre, sed criminandi causa, quia fortasse eos luxuria, aut aliis, quae corpus huma-
num debilitant, vitiis sibi contraxit, diuulgare velit. Ita-
que et hoc in loco nemo veritatis commemoratione infesti
animi crimina diluere, aut prorsus poena, quae conuicii est
definita, se liberare potest, nisi ea, quae peccauit alius,
ad iudicem, qui cognoscendorum criminum officium ha-
bet, bona fide et reipublicae utilitate motus, detulerit.

§. IV.

Attamen (sic enim aduersarii contra nos disputare per-
gunt) quilibet obligationem et necessitatem habet, ve-
ritatem palam profitendi et praese ferendi. Speciosum
sane argumentum, et quod multos, qui negligentius au-
diunt, in fraudem illicere possit. Quis enim sustineat
impugnare veritatem, aut quis mentiendi et fallendi aliis
suis et auctor esse velit? Sed ut res, per se quidem mi-
nime noxiae, imo etiam maxime viles, abusu in perni-
ciem verti possunt, ita veritas etiam minus circumspete,
aut imprudenter palam proleta, saepe et auctoribus et
aliis magnum damnum peperit. Concedimus, atque adeo
suademus, (quis enim vir honestus non concedat, aut
suadeat?) veritatem omnibus anteferri eamque sine tergi-
versatione, aut meru aperiri; sed hoc tamen a veritatis
amante obseruari et caueri volumus, ne veritatem cum
damno alterius, nisi maiori obligatione, veluti utilitate
reipublicae, aut acri virtutum studio teneatur, proloquatur.
Licet nomina malorum ciuium deferre, licet coram magi-
stratu malorum flagitia accusare, licet ea, quae alii clam et



subdole contra rempublicam et ciuium salutem ausi sunt, rite patefacere et poenarum atrocitate scelestorum audaciam et improbitatem refrenare. At, qui veritate ad conuicia et rixas abutitur, qui alteri vera quidem, animo tamen malitioso et infesto obiicit, cuius criminaciones non vtilitatem reipublicae, aut ciuium singulorum, sed damnum inimici spectant, eum nullo modo adiuuare veritas, aut a conuiciorum poena liberare potest.

§. V.

Tertium argumentum aduersarii repetunt ex ipsis legibus. Sed praefstat ante omnia ipsam legem ponere, qua contra nos vtruntur. Est ea l. 5. C. de Iniur. *Si non conuicci confilio te aliquid iniuriosum dixisse probare potes: fides veri a calunnia te defendit.* Si autem in rixam inconsulto calore prolapsus, homicidii conuicium obiecisti, et ex eo die annus excessit: cum iuriarum astio annuo tempore praescripta sit, ob iniuriae admissum conueniri non potes. Ex verbis igitur: *fides veri a calunnia te defendit*, colligunt aduersarii, exceptionem veritatis sufficere ad diluendum crimen iniuriarum, eamque solam tantam vim habere, vt conuicatorem a poena liberare possit. Sed cum hoc dicunt, non videntur animaduertisse, se iusto ampliores facere limites legis. Nec enim lex simpliciter permittit iniuriosum aliquid contra alterum dicere, sed si absit animus iniuriosus, aut, vt verba legis habent: *Si non conuicci confilio etc.* Contra ex eadem lege intelligitur, eum, qui acceperit iniuriam, contra illum, qui iniuriam fecerit, si animo iniurioso fecerit, plenam agendi habere potestatem, nec con-

❖ ❖ ❖

conuiciatorem liberari poena, etiamsi veritate facti se defendere possit. Nam, ut diserte docet lex, tum demum poena liberatur conuiciator, si is, quem conuicio perierit, intra legitimum agendi tempus, nomen eius non derulerit. Ergo conuiciator in priori exemplo non tam exceptione veritatis, quam, quia animus iniuriosus absuit, liberatur, in posteriori autem casu negligentia accusatoris, qui accusandi tempus passus est praeterlabi, absolvitur. Aliud argumentum, quo exceptionem veritatis probari posse putant ex l. 18. pr. π. de Injur. *Eum, qui nocentem infamauit, non esse bonum aequum ob eam rem condemnari.* Peccata enim nocentium nota esse et oportere et expedire, repetitum, plane alienum est et futile. Nam verbum *infamandi*, quo maxime nituntur, illo in loco non de conuicii intelligentendum esse, sed de excusatione legitima, tum exinde patet, quia ex conuicii non tam reipublicae utilitas, quam potius turbae, quieti publicae noxiae, oriuntur, tum, quia in Basilicis VII. 472. istud ἀτιμάσιος recte explicatur verbo Φαινερώσας, quod plane nullam conuiciorum adiunctam habet notionem, sed simpliciter de delatione criminum accipitur. Verba autem sic sese habent: Ο τὸν βλαπτικὸν ἀτιμάσιος, ἥγεν Φαινερώσας, ἐκπατινάζεται. συνφέρει γάρ τα τῶν βλαπτικῶν ἀμφιτιμάτα Φαινερώσθαται. Ne dicam denique, leges Romanorum, poenales maxime, et quae de criminibus vindicandis constituant, a nobis non ita receptas esse, ut ab iis nullo pacto recedere licet, cum saepius vel propter disparem rationem, vel propter leges recentiores et patrias hoc ius subsidiarium ad fora nostra plane applicari negqueat. Itaque miramur, Leyserum l. c. legum Romanarum

◆ ◆ ◆

rum auctoritate seductum, dubie de exceptione veritatis respondisse, et utramque regulam, *veritas conuicii excusat*, et, *veritas conuicii non excusat*, veram pronunciasse, cum, ut ipse Leyserus profitetur, et nos infra pluribus docuimus, de hac tamen re Constitutio Carolina disertis verbis disponat.

§. VI.

Porro distinguunt quidam aduersariorum inter conuicia vel in iudicio vel extra iudicium facta. Conuicia in iudicio facta, si veritati non repugnant, poena carere putant, contra extra iudicium facta, tametsi veritate comprobentur, poena minime eximi statuunt. Auctores huius distinctionis laudat Gaillius in Lib. II. Obs. 99. Sed horum sententiam iam refutarunt alii in his Couarruias L. I. Var. Resol. c. II. et ex eo Mynsingerus Cent. IV. Obs. 4. cuius verba adscribere liceat. *Primum*, ait, *est*, *quod, siue in iudicio, siue extra iudicium conuicium dicatur etiam verum, cuiusque notitia reipublicae intersit, prava tamen intentione atque iniuriandi animo, peccatum sit ab iniuriarum actione non omnino liberum.* Nam *etsi bonum sit, atque reipublicae usile, nocentium crimina nota esse, prauus tamen animus relevantis rem efficit iniquam*, c. cum minister, c. relegentes 23. qu. 5. Et profecto, cum in iniuriarum actione, ut saepius iam diximus, solus animus criminantis sit spectandus, hoc est, utrum ira, aut odio, aut alio denique animi vitio motus, alteri crimen adsperserit, an, habita communis utilitatis ratione, flagitium aut facinus latere noluerit, ideoque legitimate illud ad iudicem detulerit;

rit; poena certe iniuriarum is non liberabitur, qui in iudicio alteri iniuriosum quid dixerit, nisi planum facere potuerit, absuisse animum malignum et iniuriosum.

§. VII.

Reiecta igitur et repudiata aduersariorum sententia, quid ipsi statuamus hac de re, et quid cum legibus conveniat, breuiter deinceps exponere necesse est. Iam si in statu libero et aequali omnium conditione, extra rem publicam haec quaestio proponeretur, vtrum pro lubitu verum crimen alteri obiicere licet, continuo responderem, non licere, et conuiciantem frustra se veritate facti commissi defendere. Ratio huius responsi est in promptu. Qui enim alteri obiicit crimen, is de eius factis palam iudicat, talem vero iudicandi potestatem in aequali hominum statu sibi vindicare et arrogare, violentum est et libertati, qua fruuntur omnes ac singuli, plane contrarium. Eodem modo se habet in republica bene constituta, de qua nunc maxime quaeritur. Nam et in republica ciues singuli, qua ciues sunt, aequalia habent iura, nec alter alterum temere laedere potest. Cum autem respublica sit eiusmodi societas, quae facta peccandi licentia, nullo modo salua esse possit, improborum autem ciuium poena et vindicta vni, aut pluribus in republica, qui salutis publicae curam gerunt, sit demandata et commissa, continuo sequitur, nemini licere contumeliosis verbis alterum laedere, etiam si conuicium adiuuetur veritate, neminem contra prohiberi, quo minus apud iudicem, aut eum,

qui

◆ ◆ ◆

qui cognoscendorum criminum officio fungitur, animo ingenuo et communis utilitatis studio alterius facinora publice profiteatur, aut legitime denunciet. Nam tum demum obligatur ciuis, crimina aperire, tum denunciandi potestatem sibi arrogare potest, tum improbitatem accusando compescere, cum alterum, neglecta utilitate aut omnium, aut singulorum, leges et tranquillitatem publicam violare videt. Extra iudicium autem alterum culpare, tantum abest, ut exinde utilitas ad rempublicam redunderet, ut adeo turbae et rixae, quae sunt contrariae quieto reipublicae statui, inexpiables innumeraeque existant.

§. VIII.

Iam ad leges Saxonicas et patrias examinantibus hanc quaestionem, vtrum exceptio veritatis a poena iniuriarum liberet, nec ne, planum sit, istam exceptionem nec hodie talem auctoritatem habere posse, qualis vulgo ei attribui solet. Nam, et si quidem reo commemorandarum exceptionum libertas conceditur in Mand. *wider die Selbst-Rache v. 2. Iulii 1712. §. 22.* nullib[us] tamen vestigium reperitur, vbi exceptio veritatis a poena liberare dicatur. Contra diserte iubetur eod. Mand. §. 16. et 25. ut iniuriae acceptae deferantur ad iudicem. Et Art. 110. Ordin. Crim. ei, qui alterius famam imminuerit, etiam, cum veritas ab eius partibus stet, poena tamen his verbis, *Und ob sich auch gleichwohl die aufgelegte Schmach der zugemessenen That in der Wahrheit erfunde, soll dennoch der Ausrüffer solcher Schmach nach Vermög*

❖ ❖ ❖

mög der Recht und Ermessung des Richters, geſtrafft werden, proponitur. Qualis autem ea sit poena, ex verbis, nach Vermög der Recht und Ermessung des Richters, intelligitur. Nec enim palinodia hoc loco intelligenda, (quomodo enim is, qui verum dixit, ea quae dixit, vt falsa repudiare aut errorem linguae corrigere possit?) sed poena arbitria, qua de sententia iudicis aut carcere, aut pecunia reus iniuriarum multatur. Quomodo etiam accipienda esse verba Constitutionis Elec^t. 42. P. 4. censeo: *Setzen, wollen und ordnen, daß ein jeglicher, wer der auch wäre, so freventlicher, vorſetzlicher und muthwilliger Weise, den andern, Mann- oder Weibes-Personen, an Ehren schmähen, lästern, schänden, injuriren, und derhalben Rechtlich beklaget würde, dem beschwehrten und injurirten Theil, nach Befindung der Unſchuld, einen öffentlichen Wiederruf für Gerichte, zu thun, schuldig feyn soll.* Nec enim vtique confiteri errorem cogitur, sed pro ratione innocentiae, poena autem carceris aut pecuniaria sine omni exceptione iniuriarum reo in eadem Const. dictatur. Hanc quoque sententiam a Sandio probari comperimus, Dec. L. 5. T. 8. Def. 7.



C

DOCTIS-

DOCTISSIMO
ATQVE
ORNATISSIMO DEFENSORI

S. P. D.
PRAESES.

Quamquam in hoc libello, minime licere,
veritate in alterius dampnum aut ad
conuicia aliorum abuti, argumentis, ut opinor, sa-
tis idoneis, docuimus; tamen ea ad utilitatem
et laudem alterius vti, non solum licitum et
honestum est, sed omnis laus et virtutum com-
memoratio, veritatis fundamento destituta, va-
na et infirma haberi debet. Eius enim studia et
mores factaque laudare, quae longissime ab honestate
sunt remota, aut laudantis adulacionem et
mendacium arguit, aut laudati reprobationem et
criminationem continet. Quo enim animo is ac-
cipere

cipere ingenii, industriae, et probitatis laudem potest,
qui his se carere sibi ipsi conscient, aut quanta eius vani-
tas habenda est, qui palam ea profiteri conatur, quae
nemo falsa esse ignorat? Tanto ergo lubentius et
alacrius de TE nunc dicere et virtutes TVAS comi-
memorare possum, quanto certius ex usu pene quo-
tidiano TE penitus noscere et animum TVVM
perspicere mihi licuit. Minime enim a vero aberrasse
videbor, si animi TVI probitatem, studiorum ho-
nestatem, litterarum iurisprudentiae amorem,
et in eis assiduitatem et industriam, quarum virtu-
tum laudem, nemo, qui TE nouit, TIBI de-
negat, palam commemorauero. Nam mihi ipsi con-
tigit, haec omnia in TE sita esse, diuturna consue-
tudine intelligere, et puto, multos alios, qui TE
adhuc ignorarunt, ex huius libelli defensione intelle-
cturos esse, hanc, quam consecutus es, laudem, cer-
tissimum esse documentum industriae a TE antea
in addiscenda iurisprudentia adhibitae. Pergas igitur,
quo coepisti modo, in litterarum virtutumque studio

assiduo, et persuasissimum TIBI habeas, nunquam
diu aut latere posse ingenium, virtutem et industriam,
aut carere prorsus praemiis, quae par est impetrari.
Mibi autem, si unquam intellexisti, me TVIS op-
tatis successibus laetari, aut si quoddam in me stu-
dium inferuendi commodis et laudibus TVIS ani-
madiuertisti, ut conserues eum animum, quem antea in
TE semper cognoui, vehementer atque humanissime
rogo.

Scripsi Lipsiae d. XXI. Ian. MDCCCLXXII.



Leipzig, Diss., 1772 A-R



f

TA-70L

nur 23. Stet. Bücher verkauf.



DE
EXCEPTIONE VERITATIS

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAESIDE
CHRISTIANO GOTTLÖB
EINERTO

IVRISSCIENTIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE

D. XXIII. JAN. MDCCCLXXII.

H. L. Q. C.

DISP V T A T
GOTTHELF BENIAMIN SCHMIDT

F R I B E R G , M I S N .

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIÆ.

